



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCXLIX. ad annum DCLXXVI.

Parisiis, 1644

Concilivm Bracarense III. Habitvm Anno Qvarto Vvambani Regis, tempore
Adeodati papae, anno Domini DCLXXV. Est prouinciale.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15300

in VIII. Sinditus per procuratorem, Segobiensis, Anserico. Subscribit etiam Rogatus Beatiensis. Huius episcopatus mentio in aliis subscriptionibus non habetur. Omnes fere episcopi sunt ex metropoli Toletana: nam in X. Concilio Toletano omnes subscribunt, præterquam Palentinæ, Bastitanæ, Valentinæ, Segobriensis, qui etiam ad Carthaginem prouinciam pertinent.

ANNO
CHRISTI
675.

CONCILIVM BRACARENSE III.

HABITVM ANNO QVARTO VVAMBANI REGIS,
tempore Adeodati papæ, anno Domini DCLXXV.
Est prouinciale.

TITVL CI CAPITVLORVM.

- I. *Defide.*
- II. *Vt repulsis omnibus opinionibus superstitionum, panis tantum & vinum aqua permixtum in sacrificio offerantur.*
- III. *Ne vasa Domini sacrata, humanis vestibus seruant.*
- IV. *Ne sacerdos sine orario Missam andeat celebrare.*
- V. *Ne sacerdotes, sine quicunque ex clero, sine testimonio cum quibuslibet feminis habitent.*
- VI. *De damnata presumptione*
- quorumdam episcoporum, qui in festiuitatibus martyrum ad ecclesiam procedentes, appensis collo reliquiis, ab albatis diaconibus in sellulis vectantur.
- VII. *De honesta honoratorum disciplina.*
- VIII. *Ne reprobatione munerum honoris gratia venumdetur.*
- IX. *Ne rectores ecclesie plus propria quam ecclesiastica iuria laborare intendant.*

C A P I T V L A.

I.

DE CENTER satis per diuinum Spiritum in Bracarensi vrbe collecti de his quæ intra Dei ecclesiam peruersa actione geruntur tractaturi conuenimus; Matth. 18. vt adiuuante nos illo, qui dicit: *Vbicunque fuerint duo vel tres in nomine meo collecti, ibi ero in medio eorum, pari animo, parique deuotionis studio exurgentes male habitos extirpemus errores. Etenim dum nos in vnum synodalis actio aggregasset, debit is in sedibus collocati,* pri-

A DEODATVS BRACARENSE III. CONSTANTINVS POG. IMP.
PAPA. VVAMBA REX HIS.P. 537

ANNO CHRISTI 675. primum de sanctæ fidei sacramento cœpimus habere sermonem : scilicet ne aut vanitate disputatione , aut nescientia simplicium , erroris quidpiam in hoc sacro sancto sacramento fidei teneretur.

* fatigaverat, ad. fuscauerat schismatici erroris * fœdauerat turbo , sed vera nos & simplex in hoc sacramento apostolica ostendit idoneos prædicatio , grates omnipotenti peregrimus Deo. Quam tamen nostræ fidei regulam ipfis verbis atque sententiis commemorando reteximus , quibus eam declaratam esse scimus in Cōuentu Nicæni Concilii. Et ideo : Credimus in vnum Deum

Idem Conc.
Tolet. VIII.

Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, visibilium omnium & inuisibilium conditorem : & in vnum Dominum Iesum Christum , Filium Dei vnigenitum: ex Patre natum ante omnia sæcula : Deum ex Deo , lumen ex lumine : Deum verum ex Deo vero : natum , non factum ; homousion Patri, hoc est eiusdem cum Patre substantiæ: per quem omnia facta sunt , quæ in cælo , & quæ in terra : qui propter nos, & propter nostram salutem de-

* & natus ex Maria virgine & incarnatus est de Spiritu sancto * & Maria virgine homo factus: passus sub Pontio Pilato: sepultus, tertia die resurrexit: ascendit in cælos, sedet ad

* venturus in gloria iudicare dexteram Patris : inde * venturus iudicare viuos & mortuos : cuius regni non erit finis. Credimus & in Spiritum sanctum Dominum & viuificatorem , ex Patre & Filio procedentem: cum Patre & Filio adorandum, & glorificandum : qui locutus est per prophetas: in vnam catholicam atque apostolicam ec-

Concil. Tom. 15.

Yyy

clesiam. Confitemur vnum baptisma, in remissione
nem peccatorum: * carnis resurrectionem mor-
tuorum, & vitam futuri sæculi. Amen.

ANNO
CHRISTI
675.*expe-
ctati-
onem re-
surrec-
tionem mor-
tuorum,

Post huius sanctæ fidei sacramentum, relatus est
in * concione nostrorum omnium, error manife-
stus pariter & diuersus, qui tanta debet disciplinæ
arte retundi, quanta & peruersitate comprobatur
* admitti. Quidam enim in sacrificiis Domini relati *infundi-
sunt lac pro vino, pro vino botrum offerre: eucha-
ristiam quoque vino madidam pro complemento
communionis credunt populis porrigendam: &,
quod peius his omnibus est, quidam sacerdotum in
vasis Domini epulas sibi apponunt, & manducare in
eis præsumunt. Quidam etiam ex sacerdotibus re-
lati sunt, quod ecclesiasticæ consuetudinis ordine
prætermisso, Missam sine orariis audeant dicere, &
quod in solennitatibus martyrum reliquias suo col-
lo imponant, & in sellulis non ab aliis se portandos,
nisi ab albatis diaconibus credant. Illud quoque,
quod plerique sacerdotum absque testimonio cum
feminis commorentur, & quod quidam illorum
honoratos fratres suos verberibus indiscretis sub-
iiciant: nec non & illud, quod quidam * simoniæ *Simonis
cupiditate arrepti, quos ordinaturi sunt, sub cau-
tione dimittant; qualiter postquam ordinati fue-
rint, pecuniam ab ipsis promissam accipient. Illud
quoque quod familiam ecclesiæ in propriis labori-
bus quassant, damnum rebus dominicis facien-
tes. Quæ omnia, ne confuse viderentur esse pro-
lata, discretis titulorum ordinibus credimus sub-
nectenda.

ANNO
CHRISTI
675.

II.

Cum omne crimen atque peccatum oblatis
Deo sacrificiis deleatur, quid de cetero pro deli-
ctorum expiatione Domino dabitur, quando in
ipsa oblatione sacrificii erratur? Audiuius enim
quosdam schismatica ambitione detentos, contra
diuinis ordines, & apostolicas institutiones, lac pro
vino in diuinis sacrificiis dedicare: alios quoque in-
tinctam eucharistiam populis pro complemento
communionis porrigere: quosdam etiam * non ex-
pressum vinum in sacramento dominici calicis of-
ferre, sed oblatis suis populos communicare. Quod
quam sit euangelicæ atque apostolicæ doctrinæ
contrarium, & consuetudini ecclesiasticæ aduer-
sum, non difficile ab ipso fonte veritatis probabi-
tur, a quo ordinata ipsa sacramentorum mysteria
processerunt. Cum enim Magister veritatis ve-
rum salutis nostræ sacrificium suis commenda-
ret discipulis, non illis lac, sed panem tantum &
calicem sub hoc sacramento * benedixisse cogno-
scimus. Ait enim euangelica veritas. *Accepit Ie-*
sus panem & calicem, & benedicens dedit discipu-
lis suis. Cesset ergo lac in * sacrificando offerri, quia
manifestum & eidens exemplum euangelicæ ve-
ritatis illuxit, quod præter panem & vinum aliud
offerri non finit. Illud vero quod pro complemen-
to communionis intinctam tradunt eucharistiam
populis, nec hoc prolatum ex euangelio testimo-
nium recipit, vbi apostolis corpus suum & sanguinem
commendauit: seorsum enim panis, & seorsum
calicis commendatio memoratur. Nam intinctum

De consec.
diff. 2. Cum
omne cri-
men.

Id prohibi-
tum est Ca-
none apo-
stolorum
3. ne mel
aut lac offe-
ratur præter
ordinatio-
nem Domi-
ni.

* expref-
sum vinū

* cogno-
scimus
commen-
data:

Accepit Ie-
Matth. 26.

sus panem & calicem, & benedicens dedit discipu-

lis suis. Cesset ergo lac in * sacrificando offerri, quia
manifestum & eidens exemplum euangelicæ ve-
ritatis illuxit, quod præter panem & vinum aliud
offerri non finit. Illud vero quod pro complemen-
to communionis intinctam tradunt eucharistiam
populis, nec hoc prolatum ex euangelio testimo-
nium recipit, vbi apostolis corpus suum & sanguinem
commendauit: seorsum enim panis, & seorsum
calicis commendatio memoratur. Nam intinctum

Concil. Tom. 15.

Y y ij

panem aliis Christum præbuuisse non legimus , ex-
cepto illi tantum discipulo, quem intincta bucella
Magistri proditorem ostenderet ; non quæ sacra-
menti huius institutionem signaret. Nam quod de

inexpresso botro , id est , de vuæ granis , populus

Iulius papa
ad episco-
pos per A-
gyptum, tit.
de confec.
d. 2. c. Non
debes.

communicatur; valde est omnino confusum. Calix

enim dominicus, iuxta quod quidam docto*r* ediffe-
rit, vino & aqua permixtus debet offerri, quia vide-
mus in aqua populum intelligi , in vino vero osten-
di sanguinem Christi. Ergo quando in calice vino
aqua miscetur, Christo populus adunatur , creden-
tium plebs ei, in quem credit, copulatur & iungitur:
quæ copulatio & iunctio aquæ & vini sic miscetur in
calice Domini, ut commixtio illa non possit separari:
nam si vinum tantum quis offerat , sanguis Christi
incipit esse sine nobis ; si vero aqua sit sola, plebs in-
cipit esse sine Christo. Ergo quando botrum so-
lum offertur, in quo vini tantum efficientia demon-
stratur, salutis nostræ sacramentum negligitur, quod
per aquam significatur: non enim potest calix Do-
mini esse aqua sola, aut vinum solum, nisi utrumque
sibi misceatur. Et ideo quia iam ex hoc plurima &
multiplex maiorum emanauit sententia , quorum
pietas in Deum religiosa, horum sacramentorum &
efficientias copiose differuit , & institutiones veris-
sime declarauit , omnis talis error atque præsum-
ptio cessare iam de cetero debet: ne peruersorum
ordinata compago , * senatum veritatis eneruet. Et *

statum

Omnia hæc
ex epist. Iu-
lii papæ ad
episcopos
Agypti.

uinis offerre, nisi iuxta antiquorum sententias Con-
ciliorum , panem tantum & calicem ^b vino & aqua

ANNO
CHRISTI
675. permixtum: de cetero aliter quam præceptum est
faciens, tamdiu a sacrificando cessabit, quamdiu
legitima pœnitentiæ satisfactione correctus, ad
* quod gradus sui officium redeat, * quem amisit.

III.

Omni cura omniq[ue] studio prouidendum est,
ne hi qui locum videntur regiminis obtainere, con-
tumeliam videantur inferre cælestibus sacramen-
* terribi-
le,
* come-
dendas
* tantum
sibi offer-
ri sacra-
menta pro-
* præce-
pit,
tis. Etenim, quod & auditui * horribile, & visui exe-
crabile iudicatur, relatum est nobis quod quidam
sacerdotum sacrilega temeritate præcipites, vasa
Domini in proprios vsus assumant, epulasque sibi
in eis * comesuras apponunt. Quod malum & ob-
stupentes deflemus, & deflentes obstupescimus; vt
illic humana temeritas sibi epulum præparet, vbi
sanctum Spiritum cognoscitur aduocasse: & ibi
esum carnium crapulatus assumat, vbi diuina visus
est celebrasse mysteria; & in quibus * tantæ rei sa-
cramentum pro expiatione delictorum * percepit,
in his expleat voluntatem ludibrii sui. Et ideo hu-
ius de cetero præsumptionis persona, quæ sciendo
diuina vasa, vel ministeria, aut in vsus suos transtu-
lerit, aut comedere in his, vel poculum sibi sumen-
dum elegerit, gradus sui vel officii periculum susti-
nebit: ita tamen vt, si de sacerdotalibus fuerit, perpetua
excommunicatione damnetur, si vero religiosus,
ab officio deponatur. Sub hac quoque damnationis
sententia & illi obnoxii tenebuntur, qui ecclesiasti-
ca ornamenta, vela, vel quælibet alia indumenta,
atque etiam vtsilia sciendo in vsus suos transtule-
rint, vel aliis vendenda, vel donanda crediderint.

Yyy iii

23. dist. Cum
eccl. infit.De oratio a
nobis supra
dictum est
Concil.
Tol. IV.
cap. 28.

Cum antiqua ecclesiastica nouerimus institutione præfixum, vt omnis sacerdos, cum ordinatur, orario vtroque humero ambiatur; scilicet vt qui imperturbatus præcipitur consistere inter prospera & aduersa, virtutum semper ornamento * vtrobique circumseptus * appareat: qua ratione tempore sacrificii non assumat, quod se in sacramento accepisse non * dubitatur? Proinde modis omnibus conuenit, vt quod quisque percepit in * consecratione, hoc & retentet in oblatione, vel perceptione suæ salutis; scilicet, vt cum sacerdos ad solennia Missarum accedit, aut * pro se Deo sacrificium oblatur, aut sacramentum corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi sumpturus, non aliter accedat, quam orario vtroque humero circumseptus, sicut & tempore ordinationis suæ dignoscitur consecratus: ita vt de vno eodemque orario ceruicem pariter & vtrumque humerum premens, signum in suo pectore * præferat crucis. Si quis autem aliter egerit, excommunicationi debitæ subiacebit.

V.

Quamquam antiqua Canonum institutio de huiusmodi præsumptione absolutas & multiplices disciplinas atque institutiones ediderit, nos tamen breuitatis causa, omnem fornicandi occasionem cupientes auferre, id omnimoda fancimus auctoritate tenendum, vt nullus sacerdotum, siue quisquis ille de clero, absque honesto & competenti testimonio, excepta sola matre, cum quibuslibet

* vtro-
que, at.
vtrumque
* appar-
earat hu-
mero :
qua
* dubitat
* conse-
cratione
honoris
hoc reti-
neat, &
in obl.

* per-
ret

* præpa-
ret

ANNO
CHRISTI
675.
ADEODATVS BRACARENSE III. CONSTANTINVS POG. IMP.
PAPA. VVAMBA REX HISP. 543

feminis secrete se præsumat adiungere; non solum
cum extraneis mulieribus, sed nec cum ipsis^d etiam
fororibus, vel propinquis; ne licentia fororum, vel
^{*quisquis}_{solutus} propinquarum mulierum, * quisquis ille solutus, fa-
miliarior habeatur ad perpetrandum scelus. Huius
ergo præceptionis transgressor, sex mensibus se no-
uerit pœnitentiæ legibus subiacere.

V I.

Bona quidem res est, diuina sacerdotibus con-
trectare mysteria: sed cauendum valde est, ne hoc
quisque ad vsum prauitatis suæ intorqueat, vnde fo-
li Deo de bono conscientiæ placere debuerat: scri-
ptum est enim: *Væ his qui faciunt opus Domini frau-* ter. 28.
dulenter & desidiose. Ut enim quorundam episco-
porum detestanda præsumptio nostro se cœtui in-
tulit dirimenda, agnouimus quosdam de episcopis,
quod in solennitatibus martyrum ad ecclesiam pro-
gressuri, reliquias collo suo imponant, & vt maio-
ris fastus apud homines gloria intumescat, (quasi ipsi
sint reliquiarum arca) Leuitæ albis induiti in sellu-
lis eos deportant. Quæ detestanda præsumptio ab-
rogari per omnia debet, ne sub sanctitatis specie
simulata vanitas sola præualeat, si modum suum
vniuersiusque ordinis reuerentia non agnoscat. Et
ideo antiqua in hac parte & solennis consuetudo
seruabitur, vt in festis quibusque arcam Dei cum
reliquiis, non episcopi, sed Leuitæ gestent in hu-
meris, quibus & in veteri lege onus id & imposi- 1. Par. 15.
tum nouimus & præceptum. Quod si etiam epi-
scopus reliquias per se deportare elegerit, non ipse
a diaconibus in sellulis vectabitur, sed potius pedise-

qua eo , vna cum populis progressionē procedente, ad conuenticula sanctorum ecclesiarum sanctæ Dei reliquiae per eumdem episcopum portabuntur. Iam vero qui hæc instituta sciendo adimplere distulerit , quamdiu in hoc vitio fuerit , a sacrificando cessabit.

VII.

Dicit. 25. Cū
B. Apost.
2. Tim. 4.

Cum beatus Apostolus arguere, obsecrare, vel increpare in omni patientia * præcipiat & doctrina, nouimus quosdam a fratribus tantis cædibus in honoratos subditos effervesce, quantas poterant latrocinantium promereri personæ. Et ideo qui gradus iam ecclesiasticos meruerunt, id est, presbyteri, abbates, siue Leuitæ, excepto grauioribus & mortalibus culpis, nullis debeat verberibus subiacere. Non est dignum ut passim unusquisque prælatus honorabilia membra sua, prout voluerit, & complacuerit, verberibus subiiciat & dolori, ne, dum incaute subdita percutit membra, ipse quoque debitam sibi subditorum reuerentiam subtrahat: iuxta illud quod quidem sapiens dicit: Leuiter castigatus, reuerentiam exhibet castiganti: * asperitatis nimiæ increpatio, nec increpationem recipit, nec salutem. Et ideo si quis aliter, quam dictum est, prædictos honorabiles subditos, licentia perceptæ potestatis elatus, malitia tantum crediderit verberandos, iuxta modum verberum quem intulerit, excommunicationis pariter & exilii sententiam sustinebit.

D. ad leg.
Aquiliam
Præceptoriis.

* asperi-
tas autem
nimiæ in-
crepatio-
nis,

VIII.

Vide Brac.
I. c. 3. vbi de

Quia non expedit ut donum sancti Spiritus pecuniis

ADEODATVS BRACARENSE III. CONSTANTINVS POG. IMP.
PAPA. VVAMBA REX HIS.P. 545

ANNO CHRISTI 675. cuniis comparetur, quamquam ex hoc antiquorum Canonum disciplinæ, & multiplices maneant, & diuersæ tamen, quia necesse est ut frequentius retundatur quod sine intermissione præsumitur, ideo nouellæ huius institutionis formam instituentes decernimus, ut quicumque pro conferendo cuiquam sacerdotii gradu, aut munus quodcumque, aut promissionem muneris, antequam ordinetur, acceperit; vel etiam, postquam ordinatus fuerit, in aliquo se pro hoc ipso præsumpscerit munerari; siue ille qui dederit, siue qui acceperit, iuxta sententiam Chalchedonensis Concilii gradus sui can. 2. periculum sustinebit.

hac re scri-
psimus.

Iuo p. 5.
cap. 85.

I X.

Non decet rectores ecclesiæ in suis strenuos, & in ecclesiasticis rebus esse remissos. Nam quorundam fertur opinio, quod quidam sacerdotum familias ecclesiæ in suis propriis laboribus quassent, rei propriæ profectum augentes; dominicis vero dispendium nutrientes. Vnde quicumque sub hoc neglectu res diuinas laborare distulerit, speciali placo distringendus est: qualiter, si de rebus, seu augmentis ecclesiæ quantum, * vel labores rei propriæ auxit, vt ex hoc ecclesiasticis rebus aut neglectum laboris exhibuit, aut minorationem, vel perditionem induxit; quidquid in rebus ecclesiæ * minorationis exhibuit, tantum de rebus propriis ecclesiæ illi restituat, ex cuius rebus atque suffragiis suos conuictus fuerit ampliasse labores. Quod si aliquid pro vtilitatibus ecclesiæ aut substantiæ expendit, aut dispendii, vel perditionis quidpiam pertulerit;

Concil. Tom. 15.

Zzz

* laboti-
bus suis
proprie-
auxit, &
ex hoc

* minuit,
illi resti-
tuat, ex
cuius re-
bus

12. quæst. 4.
Quicun-
que sub
hoc

si hoc comprobare potuerit, totum illi a rebus eiusdem ecclesiæ reformabitur, pro cuius utilitatibus id expendisse comprobatur. Gratias itaque peragimus omnipotenti Deo. Post hæc, sit pax, salus, & diuturnitas piissimo & amatori Christi domino nostro Vvambano regi, cuius deuotio nos ad hoc decretum salutiferum conuocauit: diuinam postulantes clementiam, ut gloria Christi regnum eius corroboret, usque ad ultimam senectutem: præstante ipso qui cum Patre & Spiritu sancto unus viuit, & gloriatur in Trinitate Deus, in sæcula sæculorum. Amen.

S V B S C R I P T I O N E S.

* Leodecius in Christi nomine episcopus, cognomento Iulianus, has constitutiones, secundum quod nobis cum sanctis coepiscopis meis, qui mecum subscripterunt, Deo inspirante, complacuit, & relegi & subscripti.

* Genetius in Christi nomine ecclesiæ Tudensis episcopus similiter.

* Froarius Deo iubente Portucalensis ecclesiæ episcopus similiter.

Bela in Christi nomine * Britaniensis ecclesiæ episcopus similiter.

Isidorus Asturicensis ecclesiæ episcopus similiter.

* Alarius Deo iubente Aurisinae ecclesiæ episcopus similiter.

Rectogenis in Christi nomine Lucensis ecclesiæ episcopus similiter.

Ildulfus, qui cognominor Felix, Iriensis ecclesiæ episcopus similiter.

NOTÆ GARSIÆ LOAISÆ.

* *Concilium Bracarense.*] Bracara, hodie Braga, in prouincia Lusitaniae, caput totius regni in spiritualibus. Dicitur Augusta Bracarum Plinio, Βεγκαρα Ptolemaeo. In veteri nummo sic scriptum est:

RECCESVINTHVS REX.
BRACARA PIVS.

Vocatur Bracaraugusta; inde Bracaraugustani, ut docet vetus inscriptione marmori insculpta, quam exscripsit Lipsius in libro inscriptionum antiquarum.

ADEODATVS BRACARENSE III. CONSTANTINVS POG. IMP.
PAPA. VVAMBA REX HISP. 547

ANNO
CHRISTI
675.

ISIDI AVG. SACRVM
LVCRETIA FIDA SACERDOS PERP.
ROM. ET AVG.
CONVENTVS BRACARAVG. V. D.

^b *Vino & aqua.*] De consecrat. dist. 2. Cum omne : & Cyprianus epist. 3. lib. 2. exponens illud : *Bibite vinum quod miscui vobis*, in tota hac epistola id intendit, ut probet, nec calicem cum aqua fine vino recte offerri, neque vinum absque aqua, iuxta Christi traditionem, consecrari. Huius epistolæ meminit D. Augustinus lib. 4. de doct. Christiana, cap. 21. & Concil. Carthag. III. cap. 24. cui D. Augustinus interfuit, sic enim habet : *Vt in sacramentis corporis & sanguinis nihil amplius offeratur quam ipse Dominus tradidit, hoc est, panis & vinum aqua mixtum.* Et habetur de consecrat. dist. 2. cap. In sacramento. Et Innocentius III. errorem eorum correxit, qui dicebant aquam conuerti in phlegma: habeturque libro tertio decretalium titulo de celebratione Missæ, cap. In quadam nostra. Idem Alexander papa & martyr V. a beato Petro in epistola ad omnes orthodoxos : *Non debet (inquit) in calice Domini aut vinum solum aut aqua sola offerri, sed utrumque permixtum, quia utrumque ex latere eius in passione sua profluxisse legitur.* Qua de causa sanctus Irenæus calicem vocat temperamentum, libro quarto cap. 47. & calicem mixtum. Et Iulius papa in epistola ad episcopos Ægypti. Ambrosius libro 5. de sacramentis, cap. 1. Sanctus Hieronymus in Marcum, cap. 14. Damascenus libro 4. de orthodoxa fide, cap. 14. Duas hæreses euertit Concilium Trullanum, Can. 32. alteram Hydroparastatarum, qui aqua sola in sancti calicis sacrificio vtebantur, (Epiphanius hæresi 30. & 42. de Aquariis, & Augustinus hæresi 44. ad Quodvultdeum, & de ecclesiasticis dogmatibus, cap. 75. *Non debet (inquit) pura aqua inferri, ut quidam sobrietatis falluntur imagine, sed vinum cum aqua mixtum,*) alteram Armeniorum, qui non nisi vinum purum offerunt. Cuius erroris meminit Theophylactus ad cap. 19. Ioannis. Nicephorus lib. 18. cap. 53. Demum Synodus magna Tridentina sess. 22. Can. 9. *Si quis dixerit aquam non miscendam esse vino in calice offerendo, eo quod sit contra Christi institutionem, anathema sit.* Trullana Synodus, quæ sub nomine VI. Synodi circumfertur, Canone 57. verat ad altare mel & lac offerre : & Canon apostolorum 3. Si quis episcopus.

^c *Antiqua Canonum.*] Ut patet libro 3. decret. tit. de cohabitatione clericorum & mulierum. Concilium Constantinop. VI. cap. 5. & 27. qu. 1. Siquis. Bene ait Augustinus psal. 50. & lib. 50. hom. 21. Mulier longe, libido prope.

^d *Etiam sororibus.*] Concilio I. Niceno cap. 3. contrarium cauetur, ^{Quarū mulierum cohabitacionem omnem effugiant.} videlicet, ut liceat episcopo & presbytero matrem, sororem, amitatem, & eas etiam personas habere, quæ suspicionem omnem effugiant. Concilium Carthagin. III. c. 17. hanc vterius indulgentiam debeat.

Concil. Tom. 15.

Z z z ij

Cap. 2.
Aqua vino
miscēda est
in consecra-
tione cali-
cis.
Proh. 9.

ANNO
CHRISTI
675

extendit, videlicet, *Vt cum clericis sole matres, avie, materterae, amitiæ, sorores, & filiae fratrum aut sororum, & quacumque ex familia, domestica necessitate, etiam antequam ordinarentur, iam cum eis habitabant; vel si filii eorum, iam ordinatis parentibus, uxores acceperint, aut seruis non habentibus in domo, quas ducant, aliunde ducere necessitas fuerit.* Atque huic Concilio D. Augustinus ipse subscrispsit, sed quod aliis concessit sibiipſi interdixit: nam feminarum, &c in eis sororis & fratri filiae contubernium & familiaritatem vitauit; quippe qui dicere solebat: *Etsi propinquæ mulieres suspectæ non essent, tamen quæ ad eas venirent posse suspicionem efficere.* De poena quam incurunt ea mulieres quæ contra interdictum clericis cohabitant, habes Concil. Hispalensi I. cap. 3. Conc. Matisconensi Can. 2. cauetur ut nulla mulier in cubiculo episcopi, absque duobus presbyteris, aut certe diaconis, ingredi permittatur. Et Conc. Carthag. I. cap. 3. ex sententia Grati episcopi decernitur, ut in una domo nullus clericus cum extranea femina commoretur, & cap. 4. neque cum viduis, nisi fuerint germanitate coniuncti. Idem Concilium Carthag. IV. Can. 102. Idem Lucius papa XXI. a Petro, in epistola ad episcopos Galliæ & Hispaniæ: *Clericus solus (inquit) ad feminine tabernaculum non accedat, neque frequenter properet, sine maioris natu sacerdotis iuſſione: & ne solus presbyter cum sola femina fabulas misceat: & si quid agnatum fuerit, & ille deponatur, & illa a limini- bus ecclesiæ arceatur.* Et ut nullus clericus cum extranea habitet femina, nisi soror, aut proxima fuerit, habetur dist. 81. cap. Clericus solus. Gregorius magnus Ianuario episcopo Calaritano, epist. 26. & per totam dist. 81. idem multis sanctorum patrum testimoniis decernitur.

Cap. 6. Cultus reliquiarum religiosus est. Intelligit A. thanatum.

Reliquias collo suo.] Reliquias sanctorum debito honore esse venerandas decretum est Concilio Nicæn. II. act. 1. in confess. catholica act. 3. Seruator (inquit) noster Christus fontes salutares sanctorum reliquias nobis reliquit, multis modis beneficia in debiles fundentes, vnguentum redolentis suavitatis scaturientes; &c, ut inquit magnus doctor, cui ab immortalitate nomen est: Martyrum ossa morbos fugant, infirmis medicantur, cæcis vijsum impariunt, lepras mundant, tentationes & mærores soluunt; atque id per Christum, qui in ipsis habitat. Hæc Nicæna Syndodus aduersus Iconoclastas. Concilio Trid. sess. 25. sic dicitur: Sanctorum quoque martyrum, & aliorum cum Christo viventium sancta corpora, quæ viua membra fuerunt Christi, & templum Spiritus sancti, ab ipso ad eternam vitam suscitanda, & glorificanda, a fidelibus veneranda esse, per quæ multa beneficia a Deo hominibus praestantur. Et alia multa de hac re scripta sunt a viris piis & doctis, aduersus impiam hæreticorum audaciam, sanctorum corpora, quæ fuerunt Spiritus sancti organa, & viua membra, odio & armis oppugnatium. Præser- tim probat reliquiarum antiquissimum cultum sanctus Clemens lib. 6. const. apost. cap. 29. ex contactu cadaueris Elisæi prophetæ mortuum suscitantis 4. Reg. 23. Idem Cyril. Hierosol. catech. 18. Et Iosephi ossa iam vita functi prophetantia Eccle. c. 49. August. serm. 29.

ANNO CHRISTI 673. de sanctis sic inquit: *Si opem ferre poterat umbra corporis Petri, quanto magis nunc plenitudo virtutis: si tunc supplicantibus proderat aura quædam pertranscuntis, quanto magis nunc gratia permanentis.* Merito per omnes Christi ecclesias, auro preciosius habetur ferrum illud pœnarium vinculorum. *Si tam medicabilis obumbratio visitantis, quanto magis catena vincentis.* Hæc August. Idem probat Basilius hom. 40. ad martyres. Rufin. lib. 1. cap. 35. Sozom. lib. 3. cap. 18. Theod. lib. 3. cap. 10. Verum D. Ambrosius de cultu reliquiarum sic inquit serm. 92. *Honoremus beatos martyres, principes fidei, intercessores mundi, precones regni, coheredes Dei.* Quod si dicas mihi: *Quid honoras in carne iam resoluta atque consummata, de qua iam Deo nulla cura est? Et ubi est illud, carissimi, quod ipsa veritas loquitur per Prophetam: Preciosa (in-Padm. 115, quod) est in conspectu Domini mors sanctorum eius.* Et paulo post: *Honor ergo in carne martyris exceptas pro Christi nomine cicatrices; honoro viuentis memoriam, perennitatem virtutis; honoro per confessionem Domini sacros cineres.* Rursus: *Cur autem non honorent corpus illud fideles, quod reuerentur demones, quod affixerunt in supplicio, sed glorificant in sepulcro?* Honoro itaque corpus quod Christus honorauit in gladio, quod cum Christo regnabit in celo. Ultimo apponam sancti Hieronymi fragmentum, ex libello aduersus Vigilantium Barcinonensem presbyterum, vel potius aduersus dormientes huius temporis haereticos scriptum: *Ergo sacrilegi sumus (inuehitur in Vigilantium) quando apostolorum basilicas ingredimur? Sacrilegus fuit Constantinus imperator, qui sanctas reliquias Andree, Lucae, & Timothei transtulit Constantinopolim, apud quas demones rugiunt, & inhabitatores Vigilantii se sentire presentiam confitentur? Sacrilegus dicendus est & nunc Augustus Arcadius, qui ossa beati Samuelis longo post tempore de Iudea transculit in Thraciam?* Omnes episcopi non solum sacrilegi, sed & fatui indicandi, qui rem vilissimam, & cineres dissolutos in serico & vase aureo portauerunt? Stulti omnes ecclesiarum populi, qui occurrerunt sanctis reliquis, & tanta letitia, quasi presentem viuentemque prophetam cernerent, suscepunt, ut de Palestina usque Calchedonem iungerentur populorum examina, & in Christi laudem una voce resonarent? Videlicet adorabant Samuelem, & non Christum, cuius Samuel, & Leuita, & prophetes fuit. Hæc Hieronymus. Possumus nos, quod ille de Arcadio sui temporis imperatore dixit, de Philippo Hispaniae rege catholico & piissimo dicere, aduersus haereticos huius saeculi. Sacrilegus & nunc dicendus est Philippus, qui reliquias beati Eugenii, & Leocadiæ humeris impositas pie & religiose in ecclesiam Toletanam, Philippo filio, & aliis principibus sociatus, immisit? & in coenobio D. Laurentii, ab ipso mira structura exædificato, conquisitas ex omni Christiano orbe magno studio sanctorum beatas reliquias vasibus auro & gemmis clarissimis, & fulgentibus, & cælatis, distinguis, magno cultu & religione colit & veneratur? ita ut Philippus princeps natu maximus, adolescens summæ spei, soleat, detecto capite, genibus flexis, eisque innixus, puluerem vasorum abs- tergere.

550 ADEODATVS C. BRACAR. III. CONSTANTINVS POG. IMP.
PAPA. VVAMBA REX HIS.P.

^e Subscriptiones.] Bracarense II. actum fuit æra 610. anno 2. Mironis regis. Tertium vero post elapsos centum & tres annos, æra 713. Verum ex eadem prouincia in aliis Conciliis interfuerunt episcopi: vt Alarius, siue Hilarius, Aurefinae ecclesiae, qui successit Sonæ, qui in VIII. Tolet. subscriptit. Bela Britaniensis, vel Britoniensis, vt est in Bracarense II. qui successit Seruodei, in VIII. Froaricus Portucaleensis, qui Flauio, in X. Tolet. Genetiuus Tudensis, qui Beato, in VIII. Isidorus Asturicensis, qui Elpidio, in X. Tolet. Ildulfus Felix Iriensis qui Vincibili in VIII. Tolet. Leodecisius Julianus Bracarensis, qui Fructuoso, in X. Tolet. Rectogenis Lucensis, qui Hermenfredo, in X. Tolet.

EPISCOPATVS METROPOLIS BRACARENSIS.

In III. Bracarenſi.	In II. Bracarenſi.	In Conc. apud Lucū.
Bracara.	Bracara.	Luco.
Aurefina.	Egitania.	Astorica.
Tude.	Conimbrica.	Auria.
Astorica.	Viseo.	Britonia.
Iria.	Lameco.	Tude.
Portucale.	Magneto.	Iria.
Britania.		
Luco.		

In codicibus manuscriptis sunt subscriptiones, vt posuimus: vnde corrupte in aliis ponitur Julianus Hispalensis. Bela Britaniensis est in manuscripto. Est Bela nomen Gothicum, nunc generosæ familiæ Ayale gentile.

VITA,
DONI PAPÆ.

^a D^bONVS, natione Romanus, ex patre Mauricio, ^c se-
dit annum vnum, menses quinque, dies decem. <sup>Anno
Christi
676.</sup>
Hic atrium beati Petri apostoli superius, * quod est ante ecclesiam in quadriporticū magnis marmoribus stravit, <sup>* quod
paradisi
dicitur,</sup> sed & ecclesiam apostolorum sitam via Ostiensi, vt decuit, restaurauit, atque dedicauit. Itemque ecclesiam sanctæ Euphemiae positam via Appia similiter dedicauit. Clerum quoque diuersis ordinibus & honoribus ampliavit. Hic reperit in vrbe Roma, in monasterio quod appellatur Boetianum, Nestorianitas, monachos Syros, quos per diuersa monasteria diuisit. In quo prædicto monasterio monachos Romanos instituit. Huius temporibus ec-